

quæ observatis & rationi suæ optimè consentit. Nostro enim instituto visum est satis ostendisse. *sōgyū* seu appetitum conservandi educandi, prolem in lucem editam, esse tantùm continua-  
tum appetitum eam generandi, seu efficiendi ut existat; qui in se continet oppugnationem cau-  
farum existentiam ejus prohibentium. Sed hac de re quantum sufficit, antea dictum est. Illud tantùm hīc adjiciendum est, quòd quoniam pro-  
les humana diutiùs est imbecillis, & opis paren-  
tum indiga, certum diuturnitate temporis, &  
longo usu seu exercitio amoris parentum, eum,  
affectum in iis invalescere, ut eo agriùs ferant.  
quodvis malum præcipue mortem ei accidere,  
quò diutiùs ejus educationi operam navarunt;  
ipsaque adeò difficultas homines ad commune  
bonum instituendi, quoniam spe, in eorum na-  
tura fundatā, vincitur, efficit ut majore studio  
& industriâ parentes id ipsum moliantur, & *sop-*  
*gīs* specimina indies edant longè majora, quām  
quæ in aliis animalibus uspiam confariantur..

Quin etiam, eo diligentius observanda sunt  
indicia omnia ex hoc capite deducta, quoniam in  
hoc ultimo resolvitur, & reciprocus amor libero-  
rum erga parentes, & mutua consanguineorum,  
benevolentia quæ ad amorem erga totum genus  
humanum tandem perducet. Postquam notum  
fuerit ex historiis optimæ fidei (quā solùm ratio-  
ne, pridem facta cognosci possunt) omnes homi-  
nes ex iisdem olim parentibus prognatos fuisse.

Ad ultimum indicium ab integra simul com-  
page animalium, conjunctisque actionibus  
sumptum, referenda est aptior adhuc generalis

con-